

phaen habent. Primum facit Deum pacis authorem, non vllum sanctum aut creaturam: secundo dicit, non posse nos nostris vitibus Satanam superare, nisi enim fortior eo superuenit, manebit Satan in suo regno firmus, Luc. 11. c. 21. Semper hoc conatur ut nobis imperet, & a quoqueunque mala nos impellat: sed Christus si aderit, solus ipsum suo gladio conficere potest. c. Victus quidem est semel a Christo, sed non ita quia bellum assidue tenet. P. Aut nuncquam timendus est credentibus: quia nocere non potest. Promittit ergo Apostolus, vitium profligationem, quae non apparet in medio certaminis. Quamquam non de se, sed de tantum die loquitur: (quo plane conterendus est Satan) sed quum nunc Satan velut solutus ac ruptis habe- nis insolenter ferociat, promittit bene futurum ut Dominus eum subigat, & quasi eorum pedibus calcandum parbeat.

GRATIA DOMINI NOSTRI. H. Subscriptio Apostoli vbiq; usitata, ut ipse refert 2 Thess. 3. d. 17. Non tamen alias formas datur: sed habet quaelibet linguarum suas quasdam formulas dicendi, quae si modo pie sunt & Christianae, non est spectandum in verba, quae diversae sunt. Hic precatur ut Romani fruatur bonis omnibus quae nobis per Christum parata sunt.

21 SALVAT VOS TIMOTH. BV. De Timotheo lege Act. 16. a. 1 & 2 Phil. 2. c. 19 De Lucio, Act. 13. a. 1. De Iasone, Act. 17. a. 3. De Sopipatro, Act. 20. a. 4. Cognatos autem suos vocat quia Iudaei erant.

22 SALVTO VOS EGO TERTIVS. P. Nomen proprium notarij est, qui Paulo dictante hanc Epistolam conscripsit. Id autem non suae laudis gratias scribit, sed ut vehementer vindicet a Romanis in se benevolentiam, utpote qui in his litteris conscribendis operam his praestitisset.

23 SALVAT VOS CAIVS HOSPIS. BV. De Caio habes quaedam 1 Cor. 1. b. 14 In hoc laudatur maxima virtus, hospitalitas. T. non enim Paulum modo, sed (quod maioris est gloriae) & universam Ecclesiam domi recipiebat, quoscunque scilicet se adeuntes fideles. Nec temere apud hunc Paulus dixerit, nisi dignum se hospitem comperisset. SALVAT VOS ERASTVS QVÆSTOR. BV. Gic Erastus quæsto fuit aut dispensator verbis Corinthi, vel (ut alij volunt) praefectus & moderator. T. Et sane quæstura praefectura est. Unde colligimus, nec opes nec dignitates & magistratus cuiquam esse vel ad fidem vel ad recte vivendum impedito.

24 GRATIA DOMINI NOSTRI. H. Quoniam subscriptio nostras adae- quit salutationes nomine aliorum fratrum, eandem secundo repetit.

25 Ei autem qui potens est vos confirmare secundum Euangelium meum, & praeconium Iesu Christi, iuxta revelationem mysterij temporibus aeternis taciti.

EI AVTEM QUI POTENS EST. H. Post omnia breuem gratiarum actionem religiosa mente subnectit, qua Romanorum animos tacite excitat, ut similiter Deo agant gratias pro Evangelij cognitione accepta, eundemque rogent ut dignetur ipsos in illa confirmare. c. Quoniam autem multam vnam sententiam colligendo longam periodum produxit, singula membra diu denda nobis sunt. Primum Deo potentiam tribuit fides confirmandi: significans si sem continuo incrementum opus habere. Addit, SECVNDVM EVANGELIVM MEVM. Suum vocat Evangelium quod proprie Christi est: sed quia eius minister erat, ideo non dubitat ita loqui. Nam & Christus ipse de Apostolis ita loquitur, Non autem pro eis rogo tantum, sed pro iis omnibus qui credituri sunt per verbum eorum in me, Ioan. 17. d. 20. vbi verbum suum verbum Apostolorum vocat, cuius videlicet erant ministri. ET PRAECONIVM IESV CHRISTI. H. Oteatit Christum esse subiectum seu materiam (ut loquuntur) Evangelij: quado omnis Evangelij eorum de Christo est. Iuxta REVELATIONEM MYSTERII. P. id est, Secundum Evangelium quod revelatum est his temporibus quum antea ignoretur. Vocat ergo Evangelij praedicationem revelationem aeterni: quod non modo attentiores ad eam auscultandam facere nos debet, sed summan eius veritate omnem animis nostris imprimere. Quam autem sublime sit arcanum illud significat, quum addit. TEMPORIBVS AETERNIS TACITI. Quo sensu Evangelium appellet mysterium absconditum cum hic, tum Ephes. 3. b. 9. & Coloss. 1. d. 26 nec inter doctores plane convenit. Plus firmitatis quidem habet eorum opinio qui ad Gentium vocationem referunt, quam nominatim ad Coloss. 1. d. 27. Paulus ipse attingit. Haec vna quidem, sed non sola causa esse videtur, nam probabilis est Paulum ad alias quoque Veteris ac Novi testamenti differentias respexisse. Quamquam enim omnia quae per Christum & Apostolos exposita sunt docuerant olim Prophetarum, ea tamen tan-

ta obscuritate docuerant, prout est perspicua haec Evangelicæ lucis claritate, ut non mirum sit si dicantur latuisse quae tunc palam facta sunt. Nec vero frustra Malachias exortitur solem iustitiae denunciat (cap. 4. a. 2.) nec de nihilo Esaias prius tam magnificis elogis extulerat Messiae legationem. Denique non abs re Evangelium vocatur Dei regnum: sed ex ipsa melius colligere licet, tunc demum apertos fuisse caelestis sapientiae thesauros, ubi Deus per unigenitum Filium quasi facie ad faciem discussis umbris veteribus apparuit.

24 Manifestati vero nunc, & per Scripturas propheticas iuxta delegationem aeterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti.

MANIFESTATI VERO NUNC. Hoc est, per praedicationem manifestatur id quod aeterna absconditum fuerat. c. Non habet quidem turgidam fastuosamque sapientiam, qualem appetunt filij huius seculi: (a quibus etiam ideo contemptui habetur) sed explicat inenarrabiles illos caelestis sapientiae thesauros, omnium ingenio aliores: quos si Angeli quoque ipsi cum supore adorant, nemo sane hominum suspicere satis potest. Neque vero minoris fieri haec sapientia debet quod sub humili plebeaque verborum simplicitate lateat: quoniam ita placuit Domino carnis arrogantiæ subigere. ET PER SCRIPTURAS PROPHETICAS. H. Hoc addit Apostolus, ne Evangelium quasi novum aut a veteri Legis ac Prophetarum doctrina dissidens suspectum haberetur. P. Quando autem Prophetarum praedicatione, non videbatur aperte haec gratia, erant adhuc tenebrae in Sancto sanctorum: nunc, postquam dies illuxit, & verus pontifex, de quo omnes Scripturae testimonium perhibent, in id ingressus est, nihil est obscurum in iis qui credunt: tamen omnia interit maneat abscondita, & mysterium incredulis. a. quibus scilicet Deus huius seculi excaecavit sensus. 2. Corinth. 4. 4. c. In illis ergo Prophetis scriptis praedictum erat id quod impletum certissimum, adeo enim luculentum testimonium reddiderunt. Evangelio Prophetarum omnes ut aliunde melius confirmari nequeat. Iuxta DELEGATIONEM AETERNI DEI. c. Quoniam ad nonnullam iniicere dubitationem poterat, quomodo tot seculis suppressum istud mysterium tam subito emerisset, docet non temeritate hominum nec casu fortuito id esse factum, sed aeterna Dei ordinatione. Vbi etiam curiosis quaestionibus (quas mouere solet humani ingenii proteruita) ianuam claudit. Quae quidem re- pente ac praeter spem accidit: ex improviso factum putant: unde saepe perperam colligunt absurda esse Dei opera, vel saltem multis perplexis dubitationibus sese impeditum. Paulus ergo, quod nunc repente apparuit, ante mundum conditum a Deo fuisse decretum admonet. H. His etiam verbis insinuat ipsum Deum authorem esse Evangelij, eoque illud omni humanae doctrinae antecedendum. IN OBEDIENTIAM FIDEI. Hanc fidem obedientiam ponit esse Evangelij causam finalem. IN OMNES GENTES. Afirmat patefactum fuisse iussu Dei Evangelium in omnes Gentes, ut per- fectissimum sit eius fructus etiam ad Gentes (& in his praecipue ad Roma- nos) pertingere. Respondet autem haec descriptio illi, quae in salutatione Epistolae habetur.

27 Soli sapienti Deo, per Iesum Christum, gloria in secula, Amen.

Ad Romanos missa fuit a Corintho per Phæben ministram Cen. hreen- sis Ecclesia.

SOLI SAP. c. Haec laus dum vni Deo vindicatur, omnibus adimitur crea- turis. Quamquam videretur Paulus, postquam de aeterno Dei consilio loquutus est, hoc encomium consulto atroxuisset, quo omnes in sapientia Dei reue- rentiam & admirationem taperscimus enim, ubi in Dei operibus causam non reperimus homines, quae sic illis proclive obstrepere. P. Nec obita: quod Romanos sapiente dixit, supra, 1. b. 14. Nam soli Deo tribuitur scientia, ut pro- pter quiddam nobis vero ut donum quod non ex nobis, sed a Deo ipso est, qui est sors vniuersae sapientiae. PER IESVM CHRISTVM. A. Nonquam non nobis mediatoris nostri Apostolus, ut intelligamus non nisi soli gratia nobis tot praestitisse esse Dei beneficia. GLORIA IN SECVLA. c. Soli Deo tribu- tum omnem gloriam ut omnes in eo solo gloriam discant: ut solus veram gloriandi materiam (id est, sui ipsius cognitionem) nobis suppeditare potest. P. Itaque ipsius nomen & imperium glorificemus, ac in eius gratia & cognitione e. e. camus, ut debita Evangelio gloria reddatur, & vera Ecclesiae concordia per Christum restitatur, Amen.

27 Soli sapienti Deo, per Iesum Christum, gloria in secula, Amen.

Ad Romanos missa fuit a Corintho per Phæben ministram Cen. hreen- sis Ecclesia.

SOLI SAP. c. Haec laus dum vni Deo vindicatur, omnibus adimitur crea- turis. Quamquam videretur Paulus, postquam de aeterno Dei consilio loquutus est, hoc encomium consulto atroxuisset, quo omnes in sapientia Dei reue- rentiam & admirationem taperscimus enim, ubi in Dei operibus causam non reperimus homines, quae sic illis proclive obstrepere. P. Nec obita: quod Romanos sapiente dixit, supra, 1. b. 14. Nam soli Deo tribuitur scientia, ut pro- pter quiddam nobis vero ut donum quod non ex nobis, sed a Deo ipso est, qui est sors vniuersae sapientiae. PER IESVM CHRISTVM. A. Nonquam non nobis mediatoris nostri Apostolus, ut intelligamus non nisi soli gratia nobis tot praestitisse esse Dei beneficia. GLORIA IN SECVLA. c. Soli Deo tribu- tum omnem gloriam ut omnes in eo solo gloriam discant: ut solus veram gloriandi materiam (id est, sui ipsius cognitionem) nobis suppeditare potest. P. Itaque ipsius nomen & imperium glorificemus, ac in eius gratia & cognitione e. e. camus, ut debita Evangelio gloria reddatur, & vera Ecclesiae concordia per Christum restitatur, Amen.

IN PRIOREM EPISTOLAM AD CORINTHIOS CATHOLICA EXPOSITIO ECCLESIASTICA.

Authorum nomina qui in commentariis in hanc Epistolam citantur.

AMB. Ambrosius. B. Bulingerus. C. Calvinus. M. P. Martyr. L. Pelicanus. P. Pomeranus. OR. Oecumenius. S. Meyer. T. Theophylactus. E. Eras. Sarcerius. PAR. Paraphrastes. V. Vitus Theod. A. Marloratus.

ARGVMENTVM.



CORINTHVS Achaiz metropolis olim erat, ob portuum commoditatem emporium totius Asiae tum celeberrimum, tum opulenti- ssimum. Amb. Illic Paulus Apostolus praeecepto Domini admonitus sedesit annum vnum & menses sex, magna cum fiducia & charitatis affectu docens verbum Domini, Act. 18. c. 11. c. Coactus tandem Iudaeorum improbitate, ind- nauigauit in Syriam. R. Praecipua autem occasio & causa impulsiva scribendi hanc Epistolam Apostolo fuit abusus Evangelicæ doctrinae, Christianæ li- bertatis & charitatis mutuae. c. Nam Paulo absente subgressi erant pseudoapostoli, non qui dogmatibus palam impiis turba- rent Ecclesiam, aut sanam doctrinam quasi ex professo labefactarent: sed qui verborum splendore & propria superbescentes, vel po- tius inani magniloquentia tumidi, Pauli simplicitatem adeoque ipsum Evangelium contemptui haberent: qui sua deinde ambi- tionem facerent ut variis factionibus scinderetur Ecclesia: qui postremo susque deque habentes omnia, modo ipsi in pretio habe- rentur, suum magis nomen quam Christi regnum & populi salutem studerent promouere. Rursum quum regnarent Corinthi vi- tia quibus laborare ut plurimum mercatorum verbes solent, luxuria, fastus, vanitas, delitiae, inexplebilis habendi cupiditas, ambitio sic in Ecclesiam quo- que ipsam inuaserant, ut valde collapsa esset disciplina, quinetiam doctrinae puritas considerari caeperat, ut praecipuum religionis caput, resurrectio mortuorum, in dubium vocaretur: & tamen in tanta omnis generis corruptione perinde sibi placebant ac rebus omnibus optime apud se constitutis. P. Proinde Paulus his malis occurrere voluit: & eos in primis a mundana Philosophia ad crucis humilitatem reuocat, quae licet ostentationem non habeat, vim tamen & energiam habet. Sunt autem qui putant hanc non esse primam Epistolam quam Paulus Corinthiis scripserit, fortassis hanc coniecturam sequaci quia alicubi sic legitur, Scripsi vobis in Epistola, infra, 5. d. 11. quasi prius alteris literis scripserit ad illos: licet Graeci interpretes dissentiant. c. Por- to huius Epistolae varia est ac multiplex utilitas, multos enim insignes locos continet: quemadmodum suo ordine tractabuntur. M. Nunc capita ipsa ditun-

ipiscitur nomine... considereris eos... quam vos didicistis...

nostro Iesu Christo non... vitare eos... notam vnde dignoscitur...

opatio. qua ostendit... quod facilius sit hic lapsus... Magna fiducia...